Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26400
Copyright: Admont, Benediktinerstift



13

idem ipse propheta ait Media nocte surgebam ad
confitendum tibi Ergo hys temporibus referamus
laudes creatori nro super iudicia iustitiae sue
in matutinis prima tertia sexta nona vespera
completorio et nocte surgamus ad offices ei
Et psalmi per easdem horas dicendi sint Cap
Primum de nocturnis vel matutinis in
digessimus ordine psalmodie Nunc de con
sequentibus horis videamus Prima hora dicant
psalmi tres singillatim et non sub una gloria
imprimis eiusdem hore Post versum deus in adiu
torium meum intende annexos psalmos maniat
Post expletorum vero trium psalmorum recitet
lectio una versus et kyrieleison et missae Tertia vero
sexta et nona item eo ordine celebretur oratio 1
versus imprimis eaedem horarum trium psalmi lectio
et versus kyrieleison et missae sint Si maior aggregatio
fuerit cum antiphonis si vero minor in directum
psallant Septima autem si maxime quatuor
psalmos cum antiphonis tenent Post quos
psalmos lectio recitanda est inde responsorium
ambrosianum versus canticum de evangelio letania
oratio dominica et fiant missae Completorium autem
tum psalmorum dumtaxat tenent Cum psalmi di
rectanei sine antiphona dicendi sunt Post quos imno
eiusdem hore lectio una versus kyrieleison et benedictiones
et missae fiant Quo ordine psalmi dicendi